



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXVII. de Capellis Monachorum & Canonicorum Regularium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

3. *Interestne quoad hanc subjectionem Ecclesias seculares & Monasteria?*

Omnino: magis enim obligatae Episcopo Ecclesiae seculares quam Monasteria; quia seculares Ecclesiae sub Episcopo secundum utramque legem

Late de hoc Abbas in c. Dilectus de off. Ord. dioecesanam, & jurisdictionis. Monasteria vero subsunt Episcopo tantum secundum legem jurisdictionis.

4. *Cui competit facultas visitandi Hospitia & alia pia loca?*

Facultatem eam Episcopis tribuit Concilium Tridentinum, nisi in fundatione aliter sit cautum, cui non derogatur. *Conc. Trident. Sess. 22. c. 19. Vallen. hic. §. 2.* Ut neque ademptum voluit laicis administrandi & visitandi, si hoc eis a legitime concessum sit.

De Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.

TIT. XXXVII.

Ad res Religiosorum externas pertinent etiam Capellae & Prioratus, vel dependentes ab ipsis Monasteriis aut ab aliis principalibus Religiosorum.

1. Capella quid nominis & unde dicta?

Capellam quidam a Caprinis pellibus dictam volunt, fuisseque Ecclesiam *Gl. in can.* portatilem, seu *περιβαλλόμενον* de loco ad *Comcedi-* locum, eaque usum Constantinum *Ma-* mus de *gnum* tempore militiæ. Alii a Gallico *consecr.* *Chapelle*, quod tectum significat, quo olim *dist. 1.* Reges Francorum Oratoria sua campe- stria tegere solebant. Sunt & qui a Cap- pa S. Martini, quam iidem Francorum *Ita Pet.* Reges ob adiutorium victoriæ in præliis *Greg. de* solebant secum habere: eamque ferentes *ben. Eccles.* & custodientes, cum aliis Sanctorum re- *c. II. n. II.* liquis, dicti Capellani.

(Impium est, Cappæ S. Martini aliquod in præliis adiutorium adscribere. Addas de super- stitiosa, imo ad idololatriam spectante, veneratione reliquiarum Martin. Chemnit. *ad Concll. Tridentin.* Joh. Gerhard. *p. m. tom. theol. cap. 1. de morte apb. 95. & seq.* Conf. Cassand. *de con- sultat. art. 21. tit. de veneratione reliquiarum.*)

2. Capella quid alias significat?

Oratorium DEO consecratum, vel in Ecclesia, vel extra Ecclesiam. Vel est Ecclesia minor seu filialis, existens per se & seorsim ab Ecclesia matrice seu ma- *Can. si* jori aut monasterio, in qua legitimum *quis 35. de* ordinariūque conventum parochianis *consecr.*

R 3

habe- *dist. 1.*

habere permittitur, diebus solemnibus
storum majorum exceptis.

3. *Que dicitur curata capella?*

Dicitur hæc Ecclesia Parochialis
etiam Capella ab Ecclesia parochialis
pendens jurisdictioni ac visitationi
chidiaconi, Archipresbyteri seu De
ut vocant, Christianitatis subjecta.

4. *Capellis Monachorum singulis quibus
giost imponi debent?*

e. 2. sup. de Non singuli singulis, sed vel terni
statu mo- saltim bini, ne Monachus solus ex
nach. c. inter seculares homines spiritualium
ult. h. 1. stium conflictum expectet, & ut hæc,
quibuscum vitam possit ducere
rem. Non obstante rescripto
rem impetrato, si in eo non fiat
e. 3. h. 1. Concilii Lateranensis, quod alias habetur
obreptitium, vel subreptitium.

De Jure Patronatus.

TIT. XXXIIX.

Hinc incipit tertium hujus libri
brum, de rebus & Clericorum, &
gularium, & Laicorum communium
ut est jus patronatus.